



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et  
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

**Engelhard, Johann Martin**

**Moguntiae, 1700**

**Titvlvs IV. De Sponsa Duorum.**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](#)

nio sunt omnes, etiam consanguinci, domestici, famae, mulieres, &c. quia de qualitatibus testi  
nihil speciale statuit Concilium; necesse tamen el  
ante benedictionem praemittatur, tria denunti  
inter missarum solemnia facienda; in qua Epis  
pus dispensare potest.

**QUÆRES 5.** Cùm in sacramentis à C  
sto institutis teste Tridentin. sess. 2. l. c. 1. de Comm  
ne, nil possit mutari, quomodo Concilium po  
erit introducere nullitatem matrimonii Clande  
Respond. Concilium nihil mutavit in sacramen  
sed tantum irritavit contractum, qui legibus sch  
uo non valente, non ponitur sacramentum.

**QUÆRES 6.** An matrimonium clande  
nè contractum valeat saltem in vim sponsaliorum  
Resp. Negativè, quia Concilium Tridentinum  
Iem actum declarat omnino nullum & irritum, in  
tus autem dici non posset, si obligationem pro  
ceret.

**QUÆRES 7.** An etiam nulla sint sponsa  
Clandestina? Respond. Valent cum cessent rati  
nes ob quas publica celebratio matrimonii intro  
ducta est.

## TITVLVS IV. De Sponsa Duorum.

**QUÆRES 1.** Quid præsente tit. prohibe  
tur? Resp. Prohiberi polygamiam pri  
oriè & impropriè dictam. Nam Cathol  
ica & à Trid. sess. 29. can. 2. definita veritas est, Chri  
stianis illicitam esse Polygamiam, cum enim non

ceat unâ uxore dimissâ aliam ducere *Matth. 19* multo minus priore retentâ secundam ducere licebit. quod hic nomine polygamia impropiè accepta venit; polygamia autem propriè dicta, est pluralitas maritorum, quæ omni Jure semper & ubique prohibita fuit, ut pote quæ propter commixtionem feminis, prolis patrisque incertitudinem, & plurimas confusiones in Rempublicam promanantes ipsi videbatur naturæ contraria.

**O B J I C T E S.** Polygamia impropiè dicta olim permissa fuit, ergo non erit illicita. Respond, Pluralitas uxorum olim quidem permissa erat, ut ab exemplo Abrahæ, & aliorum Patrum *Vet. Test.* patet, eam tamen in novâ lege Christus sustulit, & matrimonium ad primævam suam naturam reduxit quæ exigebat, ut singuli singulis conjungerentur.

**Q U Ä R E S 2.** Quæ sit pœna eorum qui cum duabus contrahunt? Respond, Si quis cum duabus contrahat præter nullitatem actus excommunicationem incurrit. Si cum duabus de præsenti, priorem habere debet, c. i. *Gult. h. t.* Si cum duabus de futuro, similiter prior ius habet, posterior nullum, ex regula generali *qui prior tempore potior jure*; Si cùm una de præsenti cùm alterâ de futuro, illam retinebit, cùm quâ de præsenti cotraxit *dict. c. i.* dicta primo & secundo casu procedunt, etiamsi posterior carnaliter cognita esset *c. 5. b. t.* quia per talem copulam jus alteri quæsitum afferri non potest, quanquam Theologi, quidam censeant sponsam priorem de futuro, intactam, ex charitate Iuri suo cedere debere, si secunda carnaliter cognita sit, quod pro foro conscientie admitti potest.

**TITU-**